Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25953
Copyright: Admont, Benediktinerstift



predixerimus dilatione crescunt. Si autem dilatione deficiunt
desideria non fuerunt. Hoc amore arsit. quisquis ad veritatem
pervenire potuit. Hinc namque David ait. Sitivit anima mea
ad dm vivum. quando veniam et apparebo ante faciem dei.
Hinc nos admonet dicens. Quaerite faciem eius semper. Hinc pro
pheta dicit. Anima mea desideravit te in nocte. Et et spiritu meo
in praecordiis meis de mane vigilabo ad te. Hinc et veritas
ecclesiae in canticis canticorum dicit. Vulnerata caritate ego sum.
Iustum quippe est. ut excusione medicinae pervenat ad salutem.
quae per estum desiderii eius vulnus amoris portat in pectore.
Hinc rursus ait. Anima mea liquefacta est. ut locutus est.
Mens namque hominis conditoris sui speciem non quaerentis ma
le dura est. quia in semetipsa remanet frigida. Et si ar
deret iam et desiderio cepisset. ad sequendum quem diligit
liquefacta per ignem amoris currit. Fit desiderio anxia. vilescunt
in sublimi cuncta quae placebant. Nihil est quod exterioris conditio
rem liberet. et quae prius delectabant animum. fiunt post
modum ut vehementer onerosa. Nil eius mestitiam consolatur. quo ad
usque adhuc qui desiderat non aspicit. Certe mens lux
ipsa fastidio est. Aliquando igne immittitur decoquitur rubigo culpae.
et succensus animus quasi auri more. quia quod per usum speciei
perdidit per incendium clarescit. Ista quae sic amat. quae se admo
numentum quod perspexerat veritatem inclinat. videamus quo fructu
vis amoris in ea ingeminat opus inquisitionis. Sequitur. Vidit
duos angelos in albis sedentes. unum ad caput et unum ad pedes
ubi positum fuerat corpus iesu. Quid est quod in loco dominici corpo-